

+ Agnellus Clentusius in hac larg. cartula manu mea subscripti.

+ Georgius Catuni in hac larg. [carta] manu mea subscripti.

[*Notarii subscriptio et roboratio, neenon notitia testium desunt*].

45. — 824. Legati del patriarca Fortunato.

FONTE: Arch. Stato, Venezia, cod. Trevisaneo, c. 29 sg., n. 19.

EDIZ.: Ughelli, *Italia Sacra*, V., 1101.

Quae legavit et fecit Fortunatus patriarcha ecclesiae suae.

In primis altare sanctae Euphemiae cum auro et argento, et desuper duos damaschinos et unam purpuram et unum fundalum, et unum istoriale cum istoria de Epifania; lineas duas cortinas historiales, quae circundant tota sedilia, unde misi ante velo maiore ante regias, que emi de Christophoro episcopo mancosos viginti; vero et alio venedo majore misi tabulatum in ambas scolas de ecclesia S. Euphemie duas coronas argenteas maiores, in una ardet cesendelli centum. In alia ecclesia fecit tales coronas, quales hodie in Italia non sunt, turres mayores, duas patenas, quales in ipsa ecclesia numquam fuere; coronas aureas **** habuimus turibulo parvo de auro et de argento ad augendum solid. auri mancosos XXX et II. Feci maiore similiter de argento pergula ante altare maiore; item omnia vasa deaurata et deargentata, que mihi... dedit, valentia s. 70; cortinam, quam mihi donavit socera Passibo, quam ego volui comparare de illo s. 40, tamen non minus illi merui. Ad sedem S. Marci peciam unam, quae fuit comparata s. XV; cortinas lineas duas, unam de cubitis L et V, aliam de 30. Illas tulit dericiator in sua mercede; fecit exinde camisias et bragas ad suos clericos. Duas cortinas [lineas]choro paratas cum brandeo velo, idest ante cancelllos de secretario. Ad corpora beatissimorum martyrum fabricavi altaria de auro et de argento in longitudine pedes XV et in latitudine pedes tres et semis-